



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hermes Theologicvs, Id est Synopsis totius Theologiæ, perspicuè, doctè, subtiliter, ac breviter discussa

Et In octo Partes ... distincta ...

De Deo Vno, & Trino

Vindalium, 1646


Sect. I. Totius Theologiæ Synopsis lectori studioso necessaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38742



I

TRACTATUS
DE DEO
VNO ET TRINO
EXACTISSIMVS.



PROLVSORIA SEQVENTIBVS
tractatibus Theologicis diſputatio de
Naturâ Theologiæ.



SECTIO I.

*Totius Theologiæ Synopſis lectori ſtu-
dioſo neceſſaria.*



QV M dicturi ſimus obie-
ctum Theologiæ prima-
rium eſſe Deum; & ratio-
nem formale quæ eſſe ip-
ſam Deitatem; rationem
verò formalem ſub qua eſſe diſcurſum
ex reuelatis; neceſſarium eſt in gratiam
de Deo.

A

1 PRO O E M I V M.

lectoris, hîc proponere seriem & ordinem Theologiæ, ex quo dispiciet facile, quomodo ea per se & primariò ad Deum referatur.

Itaque Deus potest primò spectari vel in ordine ad se, vel in ordine ad creaturas. In ordine ad se duobus modis; primò quatenus etiam lumine naturali & non tantum supernaturali eius attributa innotescunt; & sic disputatur de Deo vno, de eius existentia attributis, visione, volitione, Dei prædestinatione, reprobatione.

2. Quatenus attingi nequit nisi lumine supernaturali, & talis est Deus vt Trinus, reuelatione enim tantum processiones diuinæ, Relationes, Hypostases & circuminseffiones diuinæ à nobis cognoscuntur.

Præterea Deus considerari potest in ordine ad creaturas vt earum Creator, ideóque post tractatum de Deo vno sequitur disputatio de Angelis, de anima rationali de sex dierum opificio.

Rursus Deus potest expendi vt vltimus finis & creaturarum intellectiuarum beatitudo, vt consideratur in 1. 2. vbi agitur de medijs ad eam beatitudinem comparandam necessariis quales sunt actus humani & liberi.

Quæ causa etiam est cur Theologus agat de legibus & de peccato, quod nos a summi boni adeptione excludit.

Disputat de medijs ad eandem fœlicitatem adipiscendam necessarijs, inter quæ est gratia actualis, & habitualis; virtutes, Theologicæ Fides, spes, Charitas; & Morales Religio, Iustitia, &c.

Deinde obiici potest Deus vt lapsæ naturæ vindex & salutis humanæ assertor, vt fit in 3. p. vbi instituuntur disputationes de incarnatione, &c.

De instrumentis quibus vtitur Christus ad hominum salutem procurandã, qualia sunt Sacramenta, de quibus copiosè in 3. parte cum de Sacramentis in genere, & in specie, &c.

Ab vltimum Deus cognosci potest vt naturæ rationalis à se conditæ remunerator, & vltor, essentque quæstiones instituendæ de Paradiso, inferis, Resurrectione, de quibus Theologi sparsim agunt in partibus enumeratis.